



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**D. Marcvs Evangelista. Rodolphi Gvaltheri Tigurini in  
Euangelium Iesu Christi secundum Marcum Homiliæ  
CXXXIX.**

**Gwalther, Rudolf**

**[S.l.], 1570**

**VD16 W 1048**

Capvt V.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71833](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71833)

ego & multis modis miseri sunt, qui adhuc homines metuunt, cum Christi promissionem habeant, qua se nobis semper vindicem fore promittit.

Tertio discipulorum diffidentiam & nimium timorem corripit. Ita enim nos iuuat Christus, 3. Discipulos ut interim vitis nostris minime adulteretur. Exemplum simile alibi in Petro edidit, cum is vndarum & venti impetu territus subsidere inciperet. Et sane reprehensionem grauem merentur, quicunque homines metuunt, cum Christum sibi praesentem habeant. Nobis potius cum Dauide & Paulo dicentibus: Dominus lux mea & salus mea, a quo nam timerem? Dominus robur vite meae, a quo ex-  
paul. 27. timor est? Domini estis? Etsi eundem mihi sit per vallem vmbrae mortis, nihil mali timebo: nam tu mecum es: ibidem.  
vita tua & pedum tuum me consolantur. Domino a me stante, non timebo quid mihi faciat homo. psal. 118.  
Item: Si Deus nobiscum, quis contra nos? Rom. 8.

Postremo quis tanti miraculi effectus fuerit apud spectatores, narratur. Affecti sunt timore ma-  
1111. Miraculi  
gno, nimirum diuina Christi virtute percussi, cuius tam euidentis argumentum viderat. Ea enim est fructus.  
carnis nostrae infirmitas, vt diuina maiestatis praesentia, quantum visum & salutarem, absq; hor-  
rore quoad sustinere non possumus, cuius rei exempla in Daniele & Apostolis multa habemus. Ad-  
Daniel. 10.  
mirantur praeterea opus hoc insolitum, & palam in illo virtutem humana maiore agnoscunt & pra-  
Luc. 5.  
dicant. Decet hoc eos, qui Dei beneficio ex periculis grauib; liberati sunt, iuxta illud, cuius paulo  
Matth. 17.  
ante meminimus: In die tribulationis inuoca me, & eripia te, & glorificabis me. Hic autem non eam  
Apocal. 1. & c.  
modo, qua ore fit, confessionem Deus requirit, sed totius etiam vitae officia, quae simul omnia ad ipsius  
psal. 30.  
gloriam inlittui debent. Et huc quidem tota huius cap. tractatio pertinet, cuius summa tribus mem-  
bris comprehenditur potest. Primum Dei verbum digne audiamus, vt fructus in nobis ferat. Deinde in  
periculis, quae illius praedicationem comitantur, non desperemus. Tertio ex ipsidem erepti, Christum  
agnoscamus saluatorem vnicum, cui omnis debetur benedictio, honor, gloria & potestas in aeternum.  
Amen.

C A P V T V.

Et venerunt tralecto mari in regionem Gadarenorum, egressoq; ei  
e nauis, statim occurrit ei monumentis homo spiritui immundo ob-  
noxius, qui domicilium habebat in monumentis. Et neq; catenis quil-  
quam poterat eum ligare, propterea quod cum saepe compedibus & ca-  
tenis uinctus fuisset, disceptae essent ab illo catenae, & compedes comi-  
nutae, neq; quisquam ualuisse eum domare. Et semper die ac nocte in  
montibus & monumentis erat, clamans & concidens seipsum lapidi-  
bus. Cum uidisset autem Iesum eminens, cucurrit & adorauit eum, &  
clamans uoce magna, dixit: Quid mihi tecum est Iesu fili Dei altissimi?  
A diuro te per Deum, ne me torqueas. Dicebat enim illi: Exi spiritus  
immunde ab homine. Et interrogabat eum: Quod tibi nomen est? Et  
respondit, dicens: Legio mihi nomen est, quia multi sumus.

Voniam Dei filius, Iesus Christus, ideo in mundum venit, vt iuxta primam promissionem  
reueris serpentis caput conculcaverit, & opera diaboli dissolueret, totus quoq; in hoc est, vt  
nos talem agnoscamus & per fidem in ipsum saluemur. Atqui licet diabolus in Cruce  
demum, & resurrectione sua vere debellari, quando & peccata nostra expiauit, & mor-  
talis imperium fregit: priusquam tamen haec fierent, se illum victorem esse, peculiaribus quibusdam ex-  
emplis declarauit, quando nimirum aliquos priuatim ex illius vrbamide asseruit, quos ille quoad cor  
pae simul & animam possidebat. Facit hic cum primis praesens historia, quae insignem Christi cum  
diabolo congressum continet, in quo huius ingenium & vires, e contra vero Christi diuinam potentiam  
videre licet, & quibus rationibus nos quoq; aduersus hostem nunc communem pugnare conueniat.





Demoniaci de-  
scriptio.  
Matth. 9.  
De consensu  
Euang. lib. 2.  
cap. 24.

Orditur autem narrationem ab occasione miraculi Euangelista, quae talis fuit. Cum post flatum tempestatis traiecit lacu ad Gadarenos venissent, obuios habent duos demoniacos, sicut Mattheus narrat. Vnus vero tantum noster hic cum Luca meminit, nimirum quod ille magis natus & strior esset (vt Augustinus quoque putauit) & magis in illo fueret satan. Et sane horribilius fuit tyranis, quia miserum exagitauit, vt relictis vrbibus & hominum conuersatione nudus discurreret, canes & compedes confringeret, in sepulchris habitaret, lapidibus deniq; cum seipsum tum alios resisteret, adeo vt nemo illac tuto transire posset. Facit horum commemoratio ad declarandam Christi potentiam, qui vnicuique verbo tantam ferociam non modo mitigare, verum etiam omnino frangere potest.

Bleffis houis in-  
dies pericula oc-  
currunt.

Nec ositanter praeterendum est, quod vix dum liberatis ex naufragij periculo, venum occurrit, & quidem grauius, quam prius illud fuisset. Solet enim Deus nouis subinde casibus suos exercere, vt & carnis foecordiam castiget, & suam erga nos fidem atq; bonitatem declaret, nosq; in officio citet, qui in secundis facile exorbitamus. Ideo David multas esse ait tribulationes iustorum, & templa passim docent, nihil in hoc seculo nobis tutum & stabile esse, sed assiduus afflictionibus iactari nos, qui Christi seruitio sese addiderunt. Huius nos frequenter meminisse oportet, ne ignauam vitam nos promittamus, sed ad pugnam semper parati simus.

Psal. 34.

Posse aliquid co-  
tra nos diaboli.  
Ioan. 12. 16.  
2. Cor. 5.  
1. Pet. 5.

Porro quoad demoniacum hunc, primo obseruabis, posse aliquid aduersus homines satanae, & ita nos diaboli. Huius seculi dicitur, & Leon rugienti illum Petrus confert, qui per petuum saluti nostrae infidelitas sit, quas etiam electi non raro experiuntur. Debent illa nos excitare, ne securi stertamus, aut vrbium viribus confidamus, quae nulla sunt, nisi praesenti spiritus Dei auxilio succurrat. Diaboli item, ne statim de nobis ipsis aut alijs desperemus, quos sua tyrannide satan exagitat. Confitemur enim, quod suam potentiam contra nos exercere non potest, nisi Dominus hoc illi permittat, quoniam iustus sit & nostrae salutis amantissimus, nos (vt Paulus testatur) vltra vires tentari non sinit, & ipsius diaboli conatus sic dirigit, vt & gloriae suae propugnanda & nostrae salutis conferenda spuiant, quod ipsum in praesenti quoque historia suo loco videbimus.

Diaboli inge-  
nium, & quales  
faciat suos cul-  
tores.  
6. Nudos facit.

Deinde quod nam sit diaboli ingenium exprimitur, & quales efficiat, quos sua tyrannide simul subegit. Horribilis est miseri huius conditio, quoad corpus. At multo miserius & infelicius eorum, in quorum animis satan imperium obtinet. Primo nudus discurret hic, & vestes vel abijcet, vel in riuolo dilacerat. Est hic primus diaboli effectus, quod innocentiae vestem eripit, & facit, vt in Domini spectu nudi & aeterna confusione digni compareant, quos ille primum ad suam similitudinem creauit. Facit hoc quod de primis parentibus legitur, qui mox se nudos esse viderunt, vt primam scripturae consilium secuti, de vitae arboris fructu comederunt. Et vt illis innocentiam, in qua creati erant, abstulit: ita hodie in hoc est, vt Christum nobis auferat, cuius merito nostra nuditas tegitur. Quia pudorem omnem extinguit, vt nullius flagitij nos pudeat, modo illud carni adlubescat: cuius rei exempla in auaritia, in furarijs, in sortatoribus, adulteris, ebriosis & horum similibus passim occurrunt. Quia in prudentia ferè deueniunt, vt sceleribus suis publice gloriantur, & ex ijs laudem querant.

2. Furit, & fu-  
rere facit, &c.

Secundo indomitum furit, nec ullis vinculis coerceri potest, adhaec tam seipsum quam alios quous infestat. Talis & sua natura est satan, & tales facit in quos imperium obtinet. Nec enim Deo subijci vult ipse, & omnis disciplina osores facit, qui Deo subesse, & Christi legibus parere debent. Horum enim voces sunt in Psalmo: Rumpamus vincula eorum, & lora eorum a nobis abijciamus. Vbi verò Christianae disciplinae vincula ruperunt, mox in omne scelus effusi, corruptissimis suis effectibus indulgent, & ita sibi ipsi simul & alijs incommodant. Quod ipsum in ijs quos dicitur certum, quos paulo ante commemorauimus: Qui vel exemplo prauo, vel etiam violenta temeritate ita aduersus nos nos bonos grassantur, vt immanibus bellis tutius quam illis cohabitare queat.

3. Sepulchra  
inhabitat.

Tertio relictis ciuitate, in desertis, montibus, & sepulchris habitat. Postquam enim satan à Dei regno excidit, sanctorum ciuitate & Dei domum ferre non potest, sed penes eos sibi domicilium eligit, qui peccatorum luto toti immersi sunt, & quorum guttur instar parentis sepulchri est, quibus inuicem mortui sunt, sicuti de vidua laesiuiente Paulus loquitur. Et ipsius similes sunt quos quosdam dicitur reprobos praebent. Nam & ipsi sacros piorum cultus & ecclesiam odisse solent, in qua pacem et concordiam

Psal. 14.  
Rom. 3.  
1. Timoth. 5.



nam omnes inueniunt, mundum uero sectantur, & immanibus peccatorum sepulchris sese immer-  
gunt, & ita sibi ipsi aeternam mortem conciliant, nisi Christus illis uindex et assertor occurrat. Pro-  
bat autem in horum consideratione diligenter uersari, ut diaboli tyrannidem cauere discamus,  
ne illius blanditiis admittamus, quibus hoc unum querit, ut irretitos nos tam anima quam corpo-  
re perdat.

Primum uero hinc discendum, illud quoque obseruemus, quod Chrysostomus annotauit, diabo-  
lum ferre circa sepulchra suas praestigias exercere, ut falsas de animarum post mortem conditione opi-  
niones hominum animis instillet, quae postea absurdissimarum superstitionum semina sunt. Quia  
enim defunctorum animae (ut scriptura docet) non in terris oberrant, sed ad suum locum colliguntur, Ioan. 5.  
diaboli illusiones conseri debent, quaecumque de illarum apparitionibus dicuntur. Qui hoc stratagemate  
ad uoluntatem deinde sub Papatu Christiani quoque, nominis professores dementant, ut falsissimas de ani-  
marum mortuorum, deque earundem expiationibus opiniones admiserint, quibus uniuersa religio &  
ita salutis ratio labefactatur. His enim purgatorium debemus, missas item pro defunctis, trigesti-  
mas, anniuersarias, & totum penes superstitionum chaos, quae & animas uiuentium inanibus terricu-  
lamentis vexant, & opes tam publicas tum priuatas Monachis & sacrificulis depredandas pro-  
ponunt. Sed de his suo loco plura dicentur. Vide infra homil. 137.

Uideamus nunc quomodo se in hoc homine ad Christi conspectum diabolus gesserit. Primum ad  
longe occurrit, supplex prociat & miserabiliter clamat. Id uero facit, non quod Christum amet,  
sed occultis illius potentia attractus. Et hic suam impotentiam prodit, qui alibi sese aduersus Chri-  
stum insolenter effert, & sibi omnium rerum dominium uendicat. Plurimum uero consolationem af-  
fert, quod satan ipse uel inuitus Christo eum adducit, quem totum sub sua potestate habere uideba-  
tur. Alio uerum est, quid electos nemo a dilectione Dei separare possit, aut oves e Christi manibus  
rapere, ut ipse etiam diabolus reddat uel inuitus, quos iam rapuisse uidebatur. Et hoc frequenter,  
quando plaga, quibus nos perdere cupit, nobis ad Dei cognitionem & ardentius salutis studium ad-  
monetio sunt. Vide Iobi historiam, &c. Haec ut nobis in tentationibus dulcissimam consolationem  
afferant, ita admonet, ne temere de eorum salute desperemus, quos a diabolo obsideri & per omne  
seculum genus rapi uideamus. Erit fortasse tempus, quando haec hostis communis rabies illos de salu-  
tate cogitare coeget, & illius desiderium in animis ipsorum accendet.

Deinde, Quid inquit mihi tecum est Iesu fili Dei altissimi? Dei filium agnoscat, & simul nihil  
sibi cum illo commune esse fateatur, quod supra quoque illum fecisse uidimus. Et uere quidem hoc di-  
cit, nisi in alijs sit mendacissimus. Christus enim quantus est, nihil nisi ueritas & salus est, ac nobis  
saluandis in mundum uenit. Diabolus uero ab initio mendax & homicida fuit, & ut ipse se aeternae  
damnationis adiudicatum esse nouit, ita uniuersum humanum genus secum ad interitum trahere cu-  
pit. Respondeo ergo clamat: Quid mihi tecum est Iesu? etc. Atqui uinam uicissim clamarent omnes  
homines: Quid nobis tecum est d satan, cum ex tua tyrannide assertos Christus sui regni ciues et ha-  
eres fecerit? At ea est hodie, pro dolor, multorum peruersitas, ut cum Christiani dici uelint, &  
in Christum baptizati sint, alieni tamen ab omni pietatis studio, tantum non publice clament: Quid  
nobis tecum est Christus? Quid enim aliud faciant, qui coetus sacros fastidiunt, in quibus suam nobis  
praesentiam Christus promissit, qui item uerbi doctrinam odio habent, sacramenta negligunt, aut ab  
illis statim ad diabolica studia transeunt? Ita certe se diaboli consortes, & a Christo alienissimos es-  
se testantur. At plusquam belluina stupiditas est, ad diaboli uocem exhorrescere, quam hic au-  
diamus, hanc ipsam uero non agnoscere in nobis ipsis, uel in alijs, qui factis & operibus illud ipsum  
loquuntur.

Terio indicias petit, dicens: A diuro te per Deum, ne me torqueas. Torquebatur enim Chri-  
sti iudicis praesentia, ut ipse sibi ipse male conscius. Et molestissimum illi est, si loco cedere, & illos  
relinquere cogatur, quos perditos uellet. Et licet se a Christo uincendum esse nouit, illum tamen an-  
te tempus uenisse queritur apud Matthaeum. Est hoc proprium diaboli, ut moras neget, quando  
libi cedendum esse uider. Experimur hoc publice & priuatim, quando uel de ecclesiarum & rerum  
publicarum reformatione, uel morum emendatione agitur. Ibi enim mirifice tergieratur satan, &  
ut occultis suggestionibus, uel per sua organa omnis generis rationes proponit, quibus nos ab insti-  
tuta

Contra spiri-  
tum sicut ani-  
marum appa-  
riones.  
Ioan. 5.  
Luc. 16. 23.

Demoniacus  
Christo occur-  
rit supplex.  
Matth. 4.

Rom. 8.  
Ioan. 10.

Diabolo nihil  
cum Christo  
commune est.  
Marc. 1.  
Ioan. 1.  
Matth. 9. 18.  
Ioan. 8.  
2. Pet. 2.

Diabolus inda-  
cias petit si qua-  
do cedendum est.





euto renouat, ne quid temere & intempestiue ventando tam nobis ipsis quam alijs periculum auer-  
res simus, aut etiam communi religionis cause incommodemus. Ea enim eius est q̄stus, vt veritas  
& religionis studium simulare, & huius prætextu illa quam maxime impedire nori. Hæc  
omnem moram abrumperet oportet, ne dum aliquam admittimus, ille interea vires colligat, & tunc  
sibi datus ad sui regni confirmationem, nostra verò salus euerisionem abutatur. Ceterum, vt  
bulo ipsi, sic impijs quoq; qui eius mancipia sunt, semper citius quam vellent Christus occurrat, & quæ  
pij auidissimè expectant. Vt enim hi redemptorem agnoscunt, ita illi propria conscientie reprimen-  
conuicti, iudicem exhorrent. At quæ maior miseria & infelicitas, quam ad Christi occursum conser-  
nari, sine quo nostra salus subsistere nequit? Studeamus ergo pietati, & nihil nobis tam letum & in-  
cundum erit, quam nouissimus Christi aduentus, in quo redemptio nostra, tam quoad corpus quam  
quoad animas, plenissime absoluetur.

Christus satanã  
tergierat, nec  
non audis, &c.

Quid verò inter ista Christus? Non audis tergieratrem satanam, sed exire iubet. Interim de  
nomine quarit, quod ille insolitum planè & terrificum sibi ipsi tribuit, dum se Legionem dicit. No-  
mirum ob multitudinem. Habebat enim Legio apud Romanos decem cohortes, cohorti quoque quædam  
manipulos, manipulos milites viginti quinque. Constabat itaque Legio militibus in summa dodeca-  
cies millibus & quingentis. Apparet autem in hoc nomine diaboli ingenium, qui sue potentie osten-  
satione homines terrificare solet: quem egregiè imitantur tyranni qui titulis ad terrorem & horro-  
ram ostentationem compositis sese apud populum rudem & meticulosum venditant. Ceterum in præ-  
senti suam impotentiam potius producit satan, Christi verò potentiam & virtutem illustrat, quando  
tot millibus instructus vno verbo eicitur, & ne vnum quidem hominum sub suo imperio reme-  
re poterit. Quæ etiam causa fuit Christo, cur illum de nomine suo interrogare voluerit. Interim im-  
bile est exemplum hoc, quod docemur, quam periculosa sit hominum conditio, si suam opem & pro-  
tectionem Deus nobis subducatur, quando tota diabolorum legio in vno aliquo locum habere possit, &  
contra verò soletur nos Christi potentia, cuius exemplum quoq; nos imitari conuenit, ne diabolus  
membrorum ipsius blanditijs hinc tergieratione admittamus, sed contra illum fortiter pugnemus,  
vt hoc fugato celestis regni brauium assequamur in hoc ipso Christo Iesu Domino nostro, cui debent  
benedictio, honor, gloria & potestas in æternum. Amen.

H O M I L I A XL.

Et deprecabantur eum multum, ne se emitteret extra regionem. Erat  
autem ibi iuxta montes grex porcorum magnus, pascens. Et depreca-  
bantur eum omnes demones, dicentes: Mitte nos in porcos, ut in eos  
introeamus. Et permisit eis statim Iesus. Et egressi spiritus immundi, in-  
gressi sunt in porcos: & ferebatur grex per præceps in mare. Erant au-  
tem ferè bis mille, ac suffocati sunt in mari. Porro qui pascebant porcos  
fugerunt, & renuntiaverunt in ciuitatem & in agros: & egressi sunt ad vi-  
dendum quid esset quod acciderat. Et ueniunt ad Iesum, & uident da-  
moniaco sedentem ac uestitum & sana mentis, qui habuerat legio-  
nem, & timuerunt. Et narrauerunt illis qui uiderant, qualiter accidisset  
demoniaco, & de porcis. Et ceperunt eum rogare, ut discederet de  
finibus ipsorum. Et cum ingressus esset nauim, rogabat illum qui fuerat  
à demonio correptus, ut esset cum illo. Iesus autem non admisit eum,  
sed ait illi: Abi in domum tuam ad tuos, & annuntia illis, quanta tibi  
Dominus fecerit, & misertus sit tui. Et abiit, & cepit prædicare in De-  
capoli, quanta tibi fecisset Iesus, & omnes mirabantur.

Argumentum  
& usus præsen-  
tis loci.

Christus Iesus saluator noster hoc miraculo non modo diuinae suae virtutis specimen exhibuit,  
verum etiam nos aduersus hostem nostrum comminemem, satanam, instruit, quo facillius illi à no-  
bis vinci & expelli queat. Facit huc, quod illum tam probe spectandum proponit, quo tam ingratum  
sui præ-



in praedictis, & quales efficiat, in quos semel imperium obtinuit, quibus denique utatur artibus si quando sibi succumbendum esse videt. Quorum omnium nobis hic usus est, ut illum cauere discamus, nec tamen metuamus, sed Christi auxilio & gratia consisti, aduersus illum fortiter pugnemus. Ita enim fiet, ut licet plane indomitus videatur, succumbat tamen, & (ut Paulus ait) sub pedibus nostris conculetur. Huc imprimis pertinet haec altera historia pars, quae ut demoniacum legio Christi vitare eiecit, & quis tanti miraculi effectus, cum apud Gadarenos, tum apud demoniacum fuerit commemorat.

Vbi nobis primò omnium demones isti considerandi veniunt. Vident sibi loco cedendum esse, rogant tamen ne extra regionem illam eiciantur, aut in abyssum ablegantur, sed ut ipsis porcos in proximo pascentes inuadendi potestas fiat. Et sic hic videre, quam procliuè & pertinax sit ad nocendum diaboli ingenium, quod ne tunc quidem exiit, quando se cum regno suo perituum esse videt. Exempla sunt huius generis ab ipso mundi exordio. Ita enim Moysi olim per Magos, Iannem & Iambrem, ipse opposuit, licet se nihil profecturum esse sciret. Et eodem facit tota Balaami historia, quem ita coecauit, ut quamuis Dei manum sentiret, eidem tamen reluctari non vereretur. Idem in Sauli manum effecit, qui etsi regnum Davidi deberi fateatur, eundem tamen persequi non desinit. Horum similes sunt, qui hodie in aperta Euangelij luce adhuc errores & superstitiones suas defendunt, vel qui etsi Deum peccatorum penas exigere sentiant, non tamen poenitent, sed corruptissimis affectibus indulgere pergunt, & diabolo penes se adhuc locum esse volunt, adeoq; omni studio in hoc incumbunt, ne ex gramade ipsius liberentur.

Deinde a similitudinem quoq; diaboli obferuare conuenit, quae Christi regno tum quoq; officere conatur, tum se victum esse nouit, & illi cessurum se esse simulat. In porcos enim sibi imperium dari vult, ut illorum iactura Gadarenos aduersus Christum excitet, & ipsius doctrinam illis inuisam reddat. Et haec ipsa causa est, quod plerumque luculento aliquo damno eos afficit, a quibus discedere cogitur, ut illis odium conciliet, quorum opera se eijci sentit. Quin hodie si quando per Euangelij praedicationem excutitur, per illos maxime insidiatur, qui cum errores aliquot ingenue confitentur, aliquas tamen reliquias superstitionum superesse volunt, ex quibus diaboli regnum aliquando instaurari possit. Sin equitari ergo prudentia opus erit, qui illo in vniuersum liberari volunt, ne quando postrema primis deteriora fiant.

Interim consolationis plenum est, quod suam impotentiam tam egregie demones isti produnt. Quin enim alibi potestates & principes huius mundi dicuntur, in praesenti ita sese Christo submitunt, ut ne in porcos quidem aliquid sibi iuris esse fateantur, nisi illud ipsis Christus permittat. Sic alibi, cum Moysi sese diu opposuisset, & quaedam illius miracula pulchre imitatus esse videretur, tandem ne pediculus quidem formare potest, & Dei digium agnoscere cogitur. Scitissimi ergo sunt quotquot illius vires metuunt, infelicissimi autem & omnibus modis miseri sunt, quotquot illius seruitio sese mancipant, ut per illum opes, honores & alia huius seculi bona consequantur. Quid enim ab illo sperabunt, qui ne in porcum quidem ius habet aliquod?

Quid vero Christus? Admittit demonum preces, & illis in porcos imperium concedit, quò fit, ut totus grex malis furij agitatus, praecipit in mare ruat, & male pereat. Vbi nemo Christum iniustitia accusauerit. Quia enim illi omnis potestas data est in caelo & in terra, illi de suo quod liber statueret licet, adeoq; illi liberum est omnibus creaturis ad sui nominis illustrationem vti: Domini enim est terra, & plenitudo eius. Vidi hoc olim egregius ille patientia athleta, qui cum fortunas omnes simul amisisset, hoc vnum sibi dicendum putauit: Dominus dedit, Dominus abstulit, sit nomen Domini benedictum. Deinde exemplum hoc obfesso plurimum prodesse poterat, ut inde videret, quanto malo liberatus esset, & sibi in posterum diligentius caueret. Quoad Gadarenos autem, illorum improbitatem & ingratiudinem argui atque castigari oportuit, nec iidem de porcorum iactura iure conquiri potuerunt, quam Deus illis multiariam sarcinuit. Nam obfesso ad salutem cessit, quae omnibus fortunis longè praestantior est, & eadem occasione Christus illius regionis hominibus innotuit, cuius cognitio omnibus illorum opibus redimi merebatur. Sunt haec nobis obseruanda, quando vel tempestates anni prouentum intercipiunt, vel per alias calamitates diuinitus immittas bonis nostris spoliamur, ne Deum iniquum esse, aut nobis iniuriam fieri pucemus. Quae enim iniquitas est, si

Demones cupiunt porcos inuadere. Luc. 8. Satan ad nocendum procliuè. 2. Tim. 3. Num. 22. 23. 24. 1. Sam. 24. 26. &c.

Satane astutia.

Satane impotentia. Ephes. 2. 6. Ioan. 14. 16. Exod. 8.

Christus diabolo in porcos permittit imperium. Math. 18. Ioan. 3. Psal. 24. Job. 1.

Math. 16.



de suo ille pro sua voluntate dispenseret? Aut quid habes, quod non ab illo accepisset? Cogitamus enim illum remuneratorem esse fidum & liberalem, & terrestrium bonorum iacturam ipsi ad celestia iumento esse, qui Deum diligunt, & eius manum patienter ferunt. Vt iam de eo nihil dicamus, quod digni sumus ( si suo in nos iure Deus utatur ) quos cum bonis huius seculi anima simul & corpus male perdat.

In quos nã diabolo aliquid permittat deus.

Psal. 49.

Colof. 3.

Gadarenen Christum abs se discedere cupiunt.

Iacob. 2.

Exemplum filiorum huius seculi.

Colof. 3.

Demoniacus exemplum eorum qui per Christum liberati sunt.

Act. 22.

Luc. 7.

Galat. 3.

Christus se se qui uolent ad suos remittit.

1. Cor. 12. & 7.

Simul verò nostra institutioni exemplum hoc feruit, docens, in quos nam satanae ius aliquod permittat Deus: In eos nimirum, qui porcorum similes, terrenis modò studijs & seclerum seruitute dantur, à celestibus verò abhorrent, nec suam ipsorum dignitatem agnoscunt, ad quam à Deo creati sunt: quod omnis corruptela & incertus incitium esse, diuinus Psalter testatur. Tales sunt ebrj, belluones, scortatores, adulteri, & quotquot horum similes omnem voluptatem in carnis desiderijs sitam esse existimant. In quibus ferè idem, quod in porcis istis, videre licet, quòd nimirum per sensum affectibus abrepti et malo demone agitari, semetipsos in omne genus miserie præcipitant, & proprium animæ tum corporis incertum accersunt. Erigamus ergo mentes nostras, & nostra conditio memores, celestia quæramus, ne quid tale in nos quoque, iusto suo iudicio Deus satanae permittat.

Transcramus nunc ad secundam huius loci partem, qua miraculi istius effectus continet, qui partim in Gadarenis, partim in demoniaci iam liberato elucet. Pastores enim fuga dilapsi, per urbem & agros, quid factum sit, diuulgant. Exeunt Gadarenen, & rem omnem ita se habere conuincunt, & metuunt. Metus causa est, quòd non Dei gratiam, qua in demoniaci liberatione elucet, sed in illius potentiam respiciunt, & iusto ipsius iudicio terrentur, quo porcorum iacturam fecerunt. Rogant ergo, ut illorum finibus decedat, ne quid grauius patiantur. Quo exemplo admonentur, quod omnes ad salutem proficere, qui aliquo Dei timore percelluntur. Nam demones etiam ad Dei respectum contremiscere scribit Apostolus, & præsens historia illud ipsum abundè testatur. Nec exempla desunt in Pharaone, Saule, Iuda & infinitis alijs, quos timor ille ad desperationem inducit, quòd nullam haberent gratie Dei cognitionem, que sola mentes nostras in spem uite æternæ erigit.

Gerunt autem Gadarenen isti typum filiorum huius seculi, quibus proprium est, quòd à Christo metuunt, ne is uerbi sui doctrina turbas & damnum det: incertum à peccatis non timent, quia non Dei prouocari consuevit. Ad hæc terrena celestibus & æternis præferunt, nec aliquam suam futurarum iacturam facere uolunt, ut Christum lucrifaciant. Imò, si nostri seculi mores inspectas, Gadarenen isti multo meliores sunt illis, qui hodie reuerentia flagitia Christo præferunt, nec illum, ut ab eis discedat, rogant, sed inuitum eiciunt, ad hæc ferro & igne persequuntur. E hæc horribili in pietas, & digna, ob quam in sensum reprobum traditi, Christum simul & salutem omnem amittunt.

At huic Gadarenorum ingratitude demoniaci exemplum nobis imitandum opponitur. Hic ille uestitus iam ad pedes Iesu, quod discipulorum est, qui ad præceptorum suorum pedes sedentur. Deinde cum Christo manere cupit, quin rogat, ut se in suum comitatum recipiat. Ex hoc non permittit Christus, non tamen ob passam repulsam impatienter obmurmurat, sed accedens ad Christum beneficium passum diuulgat. Habemus in his, quid eos facere conueniat, quos Christus uerboli tyrannide asseruit. Exigitur ab illis primò omnium fidei obedientia, qua sese Christo uolunt submittere debent. Inde verò Christum induant, ut illius merito uestiti, coram Dei tribunali consistere possint. Deniq, relictis omnibus que in hoc mundo carni adlubescunt, uni Christo adhaerant, ut illum sectentur, illi uni se totos consecrent, & gratiam illius prædicent, nec ipsos Christi & Euangelij ipsius pudeat, ne tanti beneficii contemptores uideantur.

Porro mirum uideri poterat, quòd Christus illum abs se relegat, & domum remittit. Elucet ex eo admirabilis illius bonitas, qui etsi Gadarenorum improbitate superatus discedere cogatur, ipsam tamen salutis præconem relinquit, per quem aliquos suo tempore lucrifactos fuisse, credibile est. Exstant huius bonitatis multa exempla in scripturis, nec hodie desunt, que de Christi propensione in nos uoluntate abundè testantur. Agnoscamus nos modò illius studium, nosq, illi in his que ad nostram salutem spectant, sequaces & morigeros præbeamus. Admonet præterea locus hic, non omnibus deorum sine concessum esse, ut iuxta Apostolorum exemplum omnibus relictis uerbi ministerio sese dedant, quod hodie sanatici quidam facere consueuerunt. Diuersa enim inter Christianos sunt, & nunquam, in sua uocacione manere iubet Apostolus, donec peculiaris & non Dei uocacione

rio acceda occupantur qui nos ex suis Dom Amen.

rum Sy & ut fec

Iohannes Nam et rualo, se rat, nosq, ruit. E hæc hatur: sue conet meretur, & simul o

Er pr Mox uer Lucas fer & illi car aritro r

nam inte nidi præ fuis ma contem p amis mil exemplan reur. Nec primis me pa doles co amissa Co

stitutionib abrogatio manere de ne mundo dependet. Cete qui emide euenire, & iam omni res qui de ueniret eni

110



no accedat: nec ferendi sunt iuxta Pauli praeceptum dicitur homines, qui suis rebus omisit circa ea 2. Thess. 3.  
occupantur, quae nihil ad ipsos spectant. Sed hoc obiter. Nostrum fuerit Dei beneficium agnoscere,  
et nos ex diaboli potestate redemit, & libertatem tuam, quam sanguinis sui pretio acquisiuit Chri-  
stus Dominus & saluator noster, cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in aeternum.  
Amen.

Et cum traieisset Iesus nauirursus in ulteriorem ripam, conuenit  
turba multa ad eum, & erat circa mare. Et ecce uenit quidam principum  
Synagogae, nomine Iairus, & cum uidisset eum, procidit ad pedes eius,  
& deprecabatur eum multum, dicens: Filiola mea in extremis est, oro  
ut uenias, & imponas illi manus, ut salua sit, & uiuet. Et abiit cum illo, &  
sequebatur eum turba multa, & comprimebant eum.

Omnes Euangelista Christum Iesum in sua uenisse, sed a suis non receptum esse scribit. Exem-  
plum eius rei in praecedenti historia uidimus. Venit enim Christus ad Gadarenos, & euidenti mi-  
seratione se promissum humani generis redemptorem esse declarauit, qui serpentis ueteris caput con-  
terat, neq. ex illius tyrannide afferat. Idem tamen illum indignissime reiciunt, & illi porcos prefe-  
runt. Est hoc proprium mundi, quod propter opera sua praua saluti feram ueritatis lucem odio pro-  
sequatur: nec desunt nostro saeculo, qui Gadarenos istos egregie imitantur. Pergit autem in historia  
in contextu Marcus, & quid porro fecerit Christus docet: qui locus diligentem considerationem  
meretur, eo quod luculentum bonitatis Christi & propensae erga nos uoluntatis argumentum habet,  
& simul officij, quod illi debemus, nos admonet.

Argumentum  
et usus praes-  
sentis loci.

Et primo quidem a Gadarenis discedit Christus, & traiecto lacu eo, unde soluerat, reuertitur.  
Mox uero ad illum ingens hominum turba confluat, quae illum haecenus auide expectarat, sicuti  
Lucas scribit. Quo exemplo admonemur, quibus maneat, quid saluem in Christo ingrati fastidiunt,  
& illi carnis ac mundi studia preferre solent. Discedit ab illis Dominus, & ingratos suo ipsorum  
arbitrio relinquit, quod illis deinceps maximarum calamitatum principium est, & tandem extre-  
mam interitum iisdem conciliat. Quia enim in solo Christo Deus nobis placatus est, si illam tollas,  
nihil praeter Dei iram & maledictionem nobis relinquere esse. Et multis exemplis docemur in-  
finitis malis etiam in hoc saeculo illos adobruat, a quibus propter ingratiuam et impiam Euangelij  
contemptum, Dei regnum auferitur. Deserunt hoc Iudei, qui postquam Christum reiecerunt, iam  
annos mille quingentis in toto terrarum orbe, ceu publicum quoddam & uniuersale vindictae diuinae  
exemplum vagantur, & omnium ludibrio expositi tam regno quam sacerdotio & cultu externo ca-  
rent. Nec minus multo cum Graecorum ecclesiae actum fuisse constat, in quarum exemplo hoc cum-  
primis memorabile est, quod cum anno Christi incarnati 1438. in Florentino Concilio Eugenij Pa-  
pae datus circumuenti Romanae ecclesiae sese subiecissent, mox ab eo tempore anno nimirum 1452  
Constantinopolis imperium amisit, & Turcis seruire coacti sunt. Et nostro saeculo uarijs af-  
flictibus exercitatos, & graui seruitute oppressos fuisse uidimus aliquos, qui Christi & ueritatis  
abrogatione mundi amicitiam & pacem huius saeculi redimere uoluerunt. Quorum consideratio nos  
moneat, ut de Christo retinendo potius, quam de ijs quae carni adlubescunt cogitemus: quando  
ut mando quidem hoc inquam serui poterimus, nisi Deo propitio ut amur, cuius fauor ab ipso Christo  
dependet.

Christus ab in-  
gratis discedit.  
Luc. 8.

Ioan. 3.

Christus semper  
inuenit qui  
illum recipiant

Ceterum consolationis plenum est, quod etsi Christum Gadareni reiecerint, non desunt tamen  
qui eundem magno desiderio expectent, & uenientem ardentis studio recipiant. Solum idem semper  
inuenit, & ab ingratis quidem regnum Dei transfertur, nunquam tamen totum excinditur, ut nul-  
lum omnino inter homines locum habeat. Terreat hoc ingratos & contumaces Euangelij contempro-  
res qui de Christo & fide Christiana omnino actum fore putant, si illum abs se discedere cogant. In-  
ueniet enim is alibi locum, ubi regni sui sedem constituat, & vires suas aduersus illos potentius exer-



Psal. 27.  
Zach. 9.  
Ist. 2. 4. 49.

Christus ad be-  
nificendum  
redit.  
Matth. 5.

Iairus Synago-  
ge primiceps  
Christum con-  
uenit.  
Ioan. 9. 12.

1. Tim. 2.  
Ist. 61.  
Exod. 1. 2.  
Ist. 11.

1. Reg. 18.

Ioan. 3. 7. 19.  
Matth. 27.

Fides Iairi.

Matth. 10.  
Marc. 8.  
Luc. 7.

ceat. Nec enim vel pauculis quibusdam vel vni alicui loco alligatum est regnum eius, sed per o-  
bem vniuersum extenditur, sicuti prophetarum oraculis docemur. Nunquam ergo aliorum iustitiam  
cumacia siue leuitate et defectioe terreri debemus, vt de Christi regno spem abijciamus: Quia  
aliter alios hostes imitemur, & ad nos venientem fide vera excipiamus, & sic saluti certa & salu-  
in illo fruamur, &c.

Moneo hoc praesens Christi exemplum, qui vbi hos sui amore & studio inflammatos videt, nec  
ad miracula, quibus suam illis beneficentiam testetur, redit. Adeo non absterretur hominum qu-  
rundam ingratitude, vt potius in indignos quosq; frequenter beneficia conferat: sicuti suo exemplo  
eos arguit, qui propter ingratos aliquos a benefaciendo in vniuersum abstinent. Coniunguntur ca-  
terum in praesenti duo miracula, quae illi, quod proximè vidimus, pulchre subserviunt. Illic enim scilicet  
boli domitorem esse docuit, hic verò se peccato etiam mederi, & ipsius mortis quosq; victorem esse de-  
monstrat. Vnde colligere possumus, illam nobis salutem omnibus numeris absolutissimam acquiesce-  
se. At quia alterius tantum modo prima pars modo recitata est, persona singula, quae in ea propo-  
nuntur, nobis inspiciebat erunt.

Primus hic Iairus producit, de quo quis fuerit, & quid fecerit, narratur. Synagoga priuata  
fuit. At qui eius ordinis homines Christo infensissimos fuisse constat, adeo vt de Synagoga etiam  
esse statuerint omnes eos, qui in ipsum credebant. Hunc tamen de Christo melius sensisse patet, quod  
licet hucusq; distimularit, nunc tamen in extremo filiae periculo illum conuenire, & ab illo optinere  
tere voluit. Adeo magnus est aduersorum vsus, & tanta afflictionum vis, vt qui in secundum  
languent, & quidvis simulare ac distimulare norunt, tandem vbi necessitas aliqua viret, con-  
mulatione posita, ad solum Christum confugiant, & sic re ipsa fidem in illum proficiantur. Vnde  
quaedam huius generis exempla in nonnullis, qui cum per omnem vitam Papiisticis adhaerentibus  
multum tribuerent, aut saltem tribuere videri vellent, iam morituri fidem in vnum Christum pro-  
fessi sunt, & hunc vnicum saluatorem atq; mediatorum apud Deum patrem agnouerunt. Alio-  
nent haec inuicem, ne de vno hominum genere desperemus. Vult enim Deus omnes ordines & omnes  
homines saluos fieri, & in veritatis cognitionem venire. Et idem hostes suos misericorditer saluos  
vt velint noluit, in sua terra ( sicuti Isaias inquit ) Christi cultoribus portionem aliquam et locum  
dare cogatur. Est hoc videre in Pharaone, qui cum Dei populum extinctum vellent, eiusdem salu-  
cem & assertorem filij loco habet, & in omni Aegyptiorum sapientia institui curat. Sic Acheron,  
dum Dei prophetas persequitur, inter domesticos suos Abdiam habet illorum nutritium. Etiam  
phariseos atq; scribas, Christi hostes acerrimos, Euangelista non modo Iairum hunc, verum etiam

Nicodemum & Iesepbum numerant, qui primò quidem occulti discipuli, tandem vero Christi  
gloriae ipsius fortissimi vindices fuerunt. Nec dubium est, multos hodie istorum similes in ho-  
gum aulis versari quos vinam Deus spiritu suo ita confortet, vt per illos Christi gloria  
prouehatur.

Porrò videamus quid Iairus hic noster fecerit. Ad Christum venisse dicitur, & vbi illum non  
videt, ad pedes illius prociat, filiae suae in extremis agentis sortem exponit, & magno cum afflic-  
oratur, vt domum suam venire, & iam morienti manum imponere dignetur, ita fore confidens, vt  
ua fieret. Sunt haec non obscura fidei in Christum, quamuis imperfectae, argumenta. Huius enim  
opus est, quod Christum inuocat, & quidem publice, quod confessionis loco est, quam à suis Christus  
passim requirit. Imperfectiorem verò adhuc fuisse ex eo apparet, quod corporale Christi praesentium  
necessariam esse putat, longè inferiori Centurione, qui solum Christi verbum sufficere credebat. Sed  
ea est carnis nostrae imbecillitas, quam Christus non abijcit, modò manent in nobis fidei semina,  
quibus tandem confirmati maiores progressus faciamus. Videant tamen hic, quam egerit ( si digne  
placet ) suam fidem iactitent, qui hodie Christum tunc demum nobis salutarem esse contendunt, si  
Caena corporaliter praesentem sese exhibeat, & verum suum corpus nobis contrectandum & delectandum  
conterendum praebet. Sic enim verba Canonis Papiistici, Ego Berengarius, sonant, quem illi pro  
orthodoxo & Christiano agnoscunt. Nos potius illum in calis queramus, & animis illius subleuatis  
lo per fidem fruamur, & mox nos ipsius virtute & merito pacisci & rescisci sentimus, vt nec per se  
nec manducatione corporali opus sit.

Sed ad  
enim tant  
paterni aff  
fide rega  
molestis e  
dum, sicut  
Anum e  
has sangui  
merat, a q  
fratrem su  
ha diliger  
sed omisi  
lata, & il  
liberi agn  
gratiam a  
parentes  
res eueha  
gnat, & e  
quidem p  
lure salici  
At non m  
venierant  
Cetero  
goge de cr  
Iste accor  
emri pat  
lurem sici  
multa E  
lar erga s  
hor illoru  
intercesso  
lum & c  
Iste, ne q  
stemur, a  
Resist  
rum huius  
cipem à  
Nam vr  
glicia bis  
uore pena  
salutis n  
uar. Ipsi

ci  
fu  
d  
b  
fo



Sed ad laicum redeamus, in quo simul cbaritatem videre licet, quae à fide separari nequit. Quod Charitas laici.  
 tantum tanto zelo pro filia intercedit apud eum, quem plerisque inuisum & exosum esse sciebat, magnum  
 patris affectus & amoris indicium est, quem animis nostris Deus ipse inseuit, nec illum improbat,  
 fide regatur, quae omnia ad Dei gloriam & proximi salutem dirigit. Hinc est, quod affectum hunc  
 relictus est vehementiorem videmus, quod ardentius in illis est gloria diuinae & humanae salutis stu-  
 dium, sicuti Iacobi patriarchae, Davidis, sororum Lazari & multorum aliorum exempla restantur.  
 Quis ergo audiendus sunt, qui fidem ab eiusmodi affectibus ita alienam esse volunt, ut ex homini-  
 bus sanguis aut truncos faciant. Sane enim ἀσποροι illi, quos Paulus inter nouissimi seculi pestes nu-  
 merat, à quibus fideles sibi cauere iubet. Quibus ego libenter illud Ioannis obiecerim: Qui non diligit  
 fratrem suum quem videt, Deum quem non vidit, quomodo potest diligere? At quomodo fratrem in Chri-  
 sto diligit, qui eos inhumaniter negligit, quos et fidei societates & naturae lex illi prae alijs commendat?  
 Sed omisit istis, sui officij hic & parentes & liberi meminisse debent. Inuigilent illi pro liberorum sa-  
 lute, & illos educant per eruditionem & correptionem Domini. E contra parentum fidem ac studium  
 liberi agnoscant, cuius tantum meritum esse gentium philosophi olim viderunt, ut parentibus digna  
 gratiam à liberis nunquam referri posse dixerint. At ò deplorandam nostri seculi peruersitatem, quo  
 parentes quidem laboribus, curis & sollicitudinibus perpetuis fatigantur, ut liberos ad opes & hono-  
 res erubent, & illorum moribus contristantur: plerique, verò liberorum parentes senio confectos negli-  
 gunt, & eorundem mortem auidi expectant, ut illorum laboribus collectas opes dilapident. Peccant  
 videm parentes in eo, quod de liberis ad opes & honores euehendis potius quam de aeterna illorum sa-  
 lute solliciti sunt, & hanc ipsorum curam praeposteram liberorum ingratiitudine Deus iuste ultiscitur.  
 et non minor liberorum culpa est, qui eos tam turpiter negligunt, qui se totos illorum commodis im-  
 penderant.

Gen. 37.  
 1. Sam. 12. 18.  
 Ioan. 11.  
 2. Tim. 3.  
 1. Ioan. 4.  
 Parentum & li-  
 berorum officia.  
 Ephes. 6.

Ceterum tempus est, ut ad Christum transeamus, qui nec fidei imbecillitatem, nec impium Syna-  
 goga decretum illi exprobrant, mox surgit, ut cum illo domum abeat, ita nimirum illius infirmitati  
 ipse accommodans, & ista mora ad manus miraculum sibi viam struens, dum puellam interea omnino  
 morti pacitur, & mortuam postea resuscitat. Est haec magna Christi facilitas, qui cum nostram sa-  
 lutem faciat, omnes laborantes ad se inuitat, nec aliquem ad se venientem rejicit. Exempla huius  
 multa Evangelistae commemorant, in quibus apparet, illum nec pristinum vitae genus, nec etiam hosti-  
 litate erga se animos ipsi exprobrauisse, qui ab ipso edoceri, cumq; eo in gratiam redire cupiebant. Arguit  
 hoc illorum stultitiam, qui illi rigorem quandam affingunt, propter quem nobis apud illum infinitis  
 intercessoribus sine aduocatis opus sit, cum tamen hostie etiam non minori facilitate se nobis per Ver-  
 bum & Sacramenta offerat. Interim meminimus, nobis quoque hanc illius facilitatem imitandam  
 esse, ne quid ipsi exprobremus, qui nostra ope indigent, sed postea veterum iniuriarum memoria, ea pra-  
 sumus, ad quae per Christianae cbaritatis leges obstringimur.

Christus tamen  
 infirmitati illi  
 dulget.

Relicta quod de populo dicitur, qui illum caernatim secutus est. Soler enim vulgus rerum noua-  
 rum studio ardere, & fortunae applausum sequi, quae iam arridere videbatur, cum Synagoga prin-  
 cipem à Christo opem petere viderent. At qui hoc animo praedicti sunt, postea in periculis deficiunt.  
 Nam ut poeta ait: Mobile mutatur semper cum principe vulgus. Quod istis etiam accidisse, Euan-  
 gelica historia suo loco abunde testatur. Miserimum ergo est illud hominum genus, qui à vulgi sa-  
 uore pendentes, carnem brachium suum faciunt. Nostrum fuerit, Deo confidere, & Christum Iesum,  
 filium nostrae aeternitatis unicum, vera fide sequi, ut cum eodem olim in caelis viuere & regnare li-  
 ceat. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in aeternum. Amen.

Vulgi curio-  
 sitas.  
 Luce 23.  
 Ierem. 17.

Et mulier quaedam, quae erat in fluxione sanguinis annos duode-  
 cim, fueratq; multa perpeffa à multis medicis, & insumperat omnia  
 sua, nec quicquam adiuua fuerat, sed potius in deterius uenerat: Cum au-  
 tē disset de Iesu, uenit in turba à tergo, & tetigit uestimentum eius. Dice-  
 bat enim: Si uel uestimenta eius tetigero, seruator. Et statim exaruit  
 fons sanguinis eius, & sensit corpore, quod sanata esset ab eo flagello.





Argumentum  
& usus praesentis loci.

1. Corinth. 15.

Matthaei 11.  
1. Corinth. 11.

I. Mulieris conditio.  
Genes. 3.  
Leuit. 15. 18. 20.

Morbosae causae  
Leuit. 26.  
Deut. 28.  
Gene. 9.  
Deut. 12.

Medicinae ratio  
& usus.  
Eccles. 38.

Matth. 9.  
Ioan. 5.  
Acto. 3. 14.

Typus peccatorum et falsae doctrinae.  
Gen. 8.

**D**ivus Marcus una narratione duo insignia Christi miracula coniungit. Primum, quod laici quanta fuerit fidei illius infirmitas, quam tamen adeo non fastidiuit Christus, ut potius illi se commodaret, & domum cum illo abierit. At priusquam illud absoluat, alterum de muliere a longinuis fluxione curata interfertur, quod inter eundem Christus edidit. Possunt huius multa tamen adduci. Primum enim quia mortuam suscitaturus erat, & mortis aculeum esse peccatum, docere debuit se peccati noxam tollere, & corrupta natura mederi, & proinde verum esse mortis vicem. Deinde de laico, in fide infirmo, mulier haec fidei constantissimum exemplum, opponitur: ut per hoc laicos cuperes minus curaturum putares, quando illum magnates querere ceperunt, hoc exemplo illi non novam facere voluit. Quod cum primis pertinet, quod in muliere agra & pauperula fides perficitur esse, quam in synagoga principe: ut vel hinc constet, regni caelorum mysteria parulis vendari, quae ferè a sapientibus huius mundi ignorantur, & Deum infirma & stulta butius mundi eligere, ut confundat ea, quae aliquam potentiam & sapientiae existimationem sustinent. At tamen ut haec intelligantur, singulas historie partes ex ordine videbimus.

Describitur primum mulieris conditio, quae multis modis miserissima fuit. Nam morbo laborat, quo Deus hunc sexum ob peccatum praecipue multavit, & qui iuxta legem immunditas reddidit, & a sacrorum communione arcebat. Idem verò temporis diuturnitate deterior & incurabilis facta erat, & miseram paulatim conficiebat. Accedebat huic malo paupertas, eo quod facultates omnes medicos frustra insumpsisset. Solet hoc ferè ijs evenire: qui veram tum morborum tum medicinae rationem, quae Dei verbo traditur, ignorant. Morbos enim ex peccato originem habere, & ideo facile dici, alibi monuimus. Quod fit, ut iusto Dei iudicio in corporis perniciem conuertantur, quae vitam servando servare debebant. Sic ex sanguinis fluxione ista laborat, cum in sanguine vita consistit, ut putat a se ferretur, & eiusdem fluxus naturalis purgationi salubriter feriat. Idem fit quando calor viscus vel subducitur, vel praeter modum incenditur: quando item humores, sine quibus corporis virtus servari non potest, vel excitantur, vel redundant, aut alioqui corrumpuntur. In quibus diuturnam simul & potentiam agnoscere decet, qui donorum suorum abusus punire solet, & caritative tam facile coherere potest, adeoque in nobis ipsi arma reperit, quibus illam coercet. Humilis est ergo sub potenti illius manu, nec unquam animis nostris excidat, nos intra nosmetipsos armare stare, quibus conficiamur, si ita Deo visum fuerit. Quoad verò medicinam, praclarum Divinus est, quem vires salutare tum plantis tum infinitis alijs rebus inesse constat, quarum in medicis usus est. Quare sanctos illa non raro usus esse legimus, & notum est illud Sapientis dictum: Homo medicum propter necessitatem, Dominus enim eius auctor est. At tamen quia diuturnus morbus contumitur, & (ut idem sapiens ait) qui in Creatorem suum peccaverit, in medici manus solet incidere inanis erit medicina omnis, nisi Domino per illam operari visum sit. Ita ergo illa vitanda, ut cum omnia per poenitentiam ad Deum conuertantur, & omnem salutis spem in illius misericordia collocemus: Inde demum medicina cum fide & divini nominis invocatione vitatur. Quod si nos per ea inanis inveniari sentiamus, quae multi alij salutaria experti sunt, Dei iudicium nos agnoscere, & idem patienter ferre convenit: nec interim de illius ope desperare, quae nec diuturnitate nec gravitate morborum retardari aut impediri poterit. Exempla eius rei in paralyticis nonnullis sacra historiae proponit, qui post diuturnam & desperatam infirmitatem subito curati sunt, quando illud pro opera suorum salutis, & Dei gloria exagebat. Haec quia minus observavit Asia rex, & morbi dolore superatus, ad medicos potius quam ad Deum confugit, illum peccati gravissimi scriptura accusat, 2. Paralip. 16.

His praemis, videamus ut haec ipsa ad animas & illarum tum morbos tum salutem referri possint. Nam, quod saepe monuimus, hereditario malo peccati noxa nobis inhaeret: quae fit, ut huiusmodi cordis nostri ab ineunte aetate prava sint. Quod si illi indulgere libeat, mox in omne scelus dissipamur, & immundi coram Dei conspectu comparere non possumus, & (ut quae in sanguine fluxione sunt) paulatim quasi nescientes conficimur, dum ipsi nobis inter media peccata palpamus, ut videtur. Exempla passim in avaris, ebrijs, libidinosis, & alijs horum similibus occurrunt. Quod si sit

dem in a  
medicina  
vana spe  
de quibus  
rem, nec  
pans, &  
templum  
hodie pur  
teria pur  
omnem a  
aut coe  
prietas  
Vide  
gamus.  
fugit, de  
gemplum  
nem agnos  
mus, qui  
ca sunt,  
turalis h  
quis me  
per Iesum  
feros esse  
si tamen  
salutem  
ducitur, q  
li Despe  
magis: q  
Dem  
tamen a  
verò pot  
Nec ta  
qui ex co  
vocat  
statum.  
lius ver  
ideo de  
nimem  
pulchre  
caeci au  
pedibus  
na con  
nisset,  
ne iteru  
qui ext  
tiam co  
Po  
Sanguis  
pocuer  
tem no



dem in aliquam nostrae corruptionis cognitionem adducti, vel ipsi nobis mederi velimus, vel ab alijs medicinam petere: multi quidem sese medicos profitentur, sed qui omnes hoc vnum praestabunt, quod vana se lactatos pecunias emungent, & quoad animas longe deteriores reddent. Tales olim erant, quibus apud Ezechielem Dominus conqueritur, quod nec debiles confortarent, nec aegrotos sanarent, nec contrarios obligarent. Et tales se habebant, quos Isaias pecunias suas expendisse ait pro non factis, & pro eo quod saturare non poterat. Tales quoque fuerunt Iudeorum scribae & sacerdotes qui templum in emporium & latronum speluncam commutarunt. In quorum numero censeri debent, qui hodie vulneratis conscientijs putidissima & venenata humanarum traditionum emplastra, & cauteria purgatorio igne ardentia adhibent: quibus nihil aliud efficiunt, quam quod aut sensum peccati omnem adimunt, & inani proprie iustitiae atque salutis iam parte per iustitiam inebriatos decipiunt, aut conscientias maiori terrore excruciant, & interim sub religionis praetextu opes tum publicas tum priuatas ad se trahunt.

Videamus ergo secundo loco, quid mulier ista fecerit, ut quid nobis quoque faciendum sit, intelligamus. Primo sentit morbum incurabilem factum, & omnis medicis, ad vnum Christum conuenit, de quo multa audierat, quae illius cum potentiam diuinam, tum bonitatem & facilitatem etiam miseris mortales commendabant. Est hic primus ad salutem gradus, ut & nostram corruptionem agnoscamus, & humanis viribus nihil profici intelligamus, & proinde ad Christum confugiamus, qui verus & vnicus est animarum medicus. Hinc olim veteres cepisse videmus, quorum praesentis huius corruptionis consideratione multum versatus, tandem exclamat: Miser ego hominis, quomodo liberabitur ex hoc corpore mortis? Idem vero mox sibi ipsi respondens ait: Gratias ago Deo per Iesum Christum &c. At hodie iustitiariorum nostri seculi tanta est pernicitas, ut licet se miserum esse sentiant, & sacrificulorum atque sacerdotum tamen hominum commentis adhuc inhaerent, nec adduci possunt, ut in vno Dei filio Iesu Christo salutem suam quarant. Obseruabis autem hoc loco, quod mulier haec de Christo multa audiuisset, quorum commemoratio excitata ad illum venit. Commendatur hoc exemplo externa veritas Dei praedicatoris & diligens eius audiendi studium. Ex auditu enim et verbi praedicatione fides obtingit, quam qui aspernantur, indigni sunt, qui in salutis negotio nunquam proficiant.

Deinde fides mulieris huius eximia fuit. Etsi enim iuxta legem immunda censeretur, Christum tamen accedit, quem forsatis audierat ne à leproso quidem contractu abhorreere. De eiusdem vero potentia tantam spem concepit, ut se saluam fore putaret, si vel vestem illius sibi contingere detur. Nec tamen superstitiose vestem aliquid diuinae virtutis tribuit, ut hodie ineptissimi homines solent, qui ex commentis & laceris sanctorum pannis salutem sperant, quorum errori quam parum patrorum exemplum hoc, infra videbimus, ubi Christus illam virtute ex se egressa curam esse fecerat. Est autem hic secundus ad salutem gradus, ut cum fide Christum accedamus, & vestem illius veram tangamus, quae indutus inter nos conuersari voluit. Est haec illius humana natura, quae adeo vtilis est, ut illi nos communicare possemus. Hanc nobis tangere dabitur, si propter nos hominem factum esse credamus, & in illius merito spem salutis nostrae omnem colloquamus. Interim pulchre nobis adumbratur fidei ingenium. Scit illa Deum velle et posse iuuare. Attamen non proceras aut impudentes, sed verecundos & modestos reddit. Talem videmus peccatricem, quae Christi pedibus aduoluta, peccatorum suorum remissionem petebat. Talis Paulus fuit, qui quoties pristinae conditionis recordatur, se Apostoli nomine indignum esse dicit, etsi plus reliquis omnibus laborauisset. Oritur ex eo ardens pietatis studium, ut cum timore & tremore salutem suam pij operentur, ne uerum excident ab eo gradu, in quem Christi beneficio constituti sunt. At longe aliter hypocrite, quae externe sanctimonie opinione inflati, in Dei conspectum audacter prodeunt, & suam illam iustitiam confidenter iactant, neque sibi maiori studio salutis retinendae opus esse arbitrantur. Vide Luc. 18.

Porro videndum est, quis tanta fidei effectus siue fructus fuerit. Primum statim ex aruit fons sanguinis eius. Ad eum leui momento diuinae Christi virtus perficit, quod nulla medicorum arte effici poterat. Deinde sensit corpore, quod ab hoc suo flagello sanata esset. Vnde constat, Christum salutem nobis perfectissimam conferre. Nam peccati reatum tollit, ut nobis nec imputari queat, nec no-

Exech. 34.  
Isaie 55.  
Ioan. 2.  
Matth. 21.

II. Quid mulier haec fecerit.

Psal. 130. 143.

Rom. 7.

Rom. 10.

Fides mulieris magna.

Fidei ingenium.

Luc. 7.

1. Corint. 15.

III. Christus mulieri mandatur.



2. Cor. 1. 5.  
Rom. 8.

Galat. 2.

tere amplius. Et licet in nobis maneat ingenia corruptio, eiusdem tamen fluxum sistit, dum cogitationes pravas cohercet, ne illis (vt antea) superemur. Animos item tranquillum, dum suo spiritui salutis pravas reddit, vt nobis cum Apostolo clamare liceat: Si Deus pro nobis, quis contra nos? Intentabit crimina aduersus electos Dei? Deus est qui iustificat, quis ille qui condemnet? Item: Vt autē iam non ego, sed viuic in me Christus, &c. Obseruabis autē, vnde nobis cōsistere possit, vt in vobis per Christum curatos esse. Si nimirum corrupta natura fluxus sistatur, nec in vobis per Christum proficiemus, vel salute per illum parte gloriamur. Arguuntur hoc loco, qui euangeliū per seipsum superbi, pessimis suae carnis desiderijs indulgent, peccata peccatis accumulanti, & effreni morum libertate Christi nomen atque fidem prophanant. Sunt hi ex eorum numero, quibus ille olim dicit: Discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem. Non enim quisquis mihi dixerit, Domine Domine, introibit in regnū meum, sed qui fecerit voluntatem patris mei, qui in caelo est. Matth. 7. Arguuntur ergo corruptionem nostram, vtamur autem Christo medico, & per illum curati, vitam virtutis & eius professione dignam, vt cum eodem in caelis aeternum viuere & regnare deus. Ipsi debentur iudicium, honor, gloria & potestas in aeternum. Amen.

H O M I L I A XLII.

Et statim Iesus in semetipso cognoscens uirtutem ex se prodisse, conuersus in turba aiebat: Quis tetigit uestimenta mea? Et dicebant ei discipuli ipsius: Vides turbam undiq; prementem te, & dicis, Quis me tetigit? Et circūspiciebat ut uideret eam, quā hoc fecerat. Mulier uero timens & tremens, cum sciret quod factum esset in se, uenit, & prociuit coram eo, dixitq; ei omnem ueritatem. Ille autem dixit ei: Filia, fides tua te seruauit; uade in pace, & esto sana à flagello tuo.

Argumentum  
et ipsius presentis loci.

Quemadmodum Dominus noster Iesus Christus nostrae salutis ergo in modum uenit: ut uis fide confirmet, qui adhuc infirmi uacillant. Exemplum eius rei euidenter in presenti narratione. Mulier cui proponit. Venit enim ad Christum Iairus, synagoga princeps: qui licet illius opem pro filia uentura imploret, magna tamen adhuc fidei infirmitate laborat, sicut omnes circūstantes docent. Nihil tamen adeo illum reiecit Christus, sed potius fidem ipsius nutantem diligentissime sustulit, dum uenturam mulieri sanguinis fluxione incurabiliter laboranti mirifice medetur. Quia tamen miraculum hoc occulte editum fuerat, & proinde nihil profuisset, illud ipsum in lucem protrahit, & tantum Iairi quam omnium nostrum institutioni accommodat. Ita enim docemur, quid de ipso nobis sperandum sit, vt item salutis in ipso confortes reddamur, & quid nos accepto salutis beneficio facere ueniamus: De quibus singulis suo loco dicemus.

Christus intelligit uirtutem ex se prodisse.  
Luc. 6.

Actorum 19.

Matth. 10.  
Marci 16.

Primo Christum cognouisse aut sensisse dicitur, uirtutem ex se prodisse, qua mulier illa curata fuit. Quod idē annotatur, ne quis miraculum hoc fortuito accidisse putaret, aut illud uirtutem reueret, cuius simbram illa tetigerat. Sic alibi ex Christo uirtutem exiuisse Lucas scribit, qui uenturam sanauit, qui illum contrectabant. Quin passim hoc diligenter caute scriptura, ne salutis nostra gloria aliō quam in unum Christum referatur. Facit hūc, quod cum ad Pauli sudaria uentus indicatur, Deus, immundi cessasse scribuntur, ibidem miraculorum istorum omnium auctor uentus indicatur. Deus, qui ista sic fieri uoluit, vt Apostolorum doctrine fidem faceret, & de Christo filio suo publice testaretur. Idem de ijs sciendum est, quae olim ad Martyrum sepulchra edita fuisse. Arguuntur & alij ex ueteribus prodiderunt. Illis enim non loci religionem, sed illorum doctrinam & fidem Deus commendare uoluit, & crucis scandalo mederi, quod ex ignominiosa illorum morte opud uideri uultu poterat. Nihil ergo istorum superstitioni miracula ista seruiunt, qui ex Christi aut sanctorum reliquijs questum fecere. Nam vt de imposturis nihil dicamus, quas circa has sanctorum reliquias &



et vere facta esse aut fieri fateamur quaecumq; isti dicunt, quid hinc aliud colligetur, quam si doctri-  
na credendum esse, quam ipsi professi sunt, quorum ille reliquia habentur? At non sufficiunt ad do-  
ctrinae comprobationem miracula, nisi eadem Evangelio ab Apostolis praedicato consentiat: quando  
angelio quidem calvisio credendum est, si aliud Evangelium praedicet, & ex scripturis con-  
stat, non raro a seculatoribus & Antichristi mystis miracula praecleara fieri, quibus Deus suorum fi-  
dem tentare & exercere consuevit. Et ne a signis penderemus, in quibus fraudes & imposturae varie  
comitari possunt, verbum suum nobis dedit Deus, quo & voluntatem suam & omnem veram fidei ra-  
tionem evidenter expressit. Quicquid ergo huius est, ad fidei regulam & Dei verbum examinari de-  
bet, ne temere superstitiosus impostorum traditionibus nos circumduci patiamur.

Sed ad Christum redeamus. Quae res, quis nam vestimenta ipsius attigerit. Discipulis autem  
ista quaestio ridicula videtur, qui ad turbam vulgi undiq; ipsi imminentem respiciebat, fidei vero &  
salutis mysterium, quod hic agebatur, ignorabant. Nec ideo hanc quaestionem Christus movit, quod  
mulieris factum ignoraret, sed ut illud patefactum, tam laici quam aliorum omnium institutioni ser-  
varet, sicuti initio monuimus. Docemur enim, quis verus ille Christi contactus sit, quem ille sentit et  
egressi. Comitatur ipsum ingens hominum turba, quos curiositas & rerum novarum studium ex-  
citant. Hi illum undiq; urgent, premunt & hinc inde propulsant: quos tamen ille non curat, nec se  
ab illis tangi dicit. Ista vero ex fide a tergo accedit, & solam vestis ipsius simbriam contingit, & mox  
illam audimus clamantem: Quis tetigit vestimenta mea? Sola ergo fide Christum vere tangimus,  
ut nobis salutatis fiat, qua de re infra pluribus dicitur. Incerim huius exempli meminimus, qui ho-  
mies praeposito quodam studio excitati, Christum importune facis premunt & urgent, dum sacros co-  
munes ad eum, verbi praedicationem audunt, sacramentis communicant, cum interim a fide in Christum  
alienissimi sint, quod tota vice ipsorum conversatio abunde testatur. Sunt hi ex illorum numero de  
quorum conuentibus ad templum & sacrificijs Deus apud prophetas conqueritur, & quibus (ut nu-  
per quoque dictum est) olim ipse Christus dicit: Nunquam novi vos. Discidite a me qui operamini  
iniquitatem. Non quisquis dicit mihi, Domine, Domine, introibit in regnum meum: sed qui fecerit  
voluntatem patris mei, qui in caelis est. Non ergo de solis externis huius nos sollicitos esse oportet, sed  
ut hinc incumberet, ut Christum vera fide complexi, illius spiritu animemur, qui & Dei dilectione &  
proceptorum eius studio nos inflammet. Ita enim fiet, ut a Deo quon, diligamur, qui unda cum Chri-  
sto filio suo ad nos veniet, & apud nos mansionem faciet, sicuti ipse Christus in Evangelio pollice-  
tur. Vide Ioan. 14. cap.

Quid vero mulier, ubi quod occulte fecerat, Christum minime latere, & se iam in lucem protrahi  
videt? Timens & tremens prodeit, ad Christi pedes procidit, & omnem rei gesta veritatem palam  
expouit. Timoris causa est, quod propria infirmitatis & indignitatis sibi conscia, metuit, ne acce-  
ptum beneficium rursum amittat. Pulchre vero hic illorum, qui per fidem in Christum saluati sunt,  
ingenium simul & officium exprimitur. Agnoscunt illi Christum saluatore, & de eiusdem voluntate  
atq; potentia nequaquam dubitant. Sentiant item se per illum saluos factos esse. Incerim tamen sem-  
per animis illorum obuersatur pristinae conditionis recordatio, & infirmitatis propriae consideratio:  
quod fit, ut non possint non timere, quoties se tanto beneficio indignos esse cogitant, & simul se tantum  
beneficium in vasti estaceis gestare sentiunt, ut eundem facile amissuri sint, nisi singulari Dei gra-  
tia sustententur. Exemplum huius rei in Dauide habemus, qui cum peccatum suum iam translatum  
esset per Nathanaem intellexisset, nec de diuina promissionis veritate quicquam dubicaret, illud ip-  
sum tamen sibi semper ob oculos versari queritur, & anxius orat, ut spiritu firmo Dominus ipsum  
renouare dignetur. Et hic illud Pauli facit, qui nos cum timore & tremore salutem nostram operari  
videt. Minime ergo probantur securi & oscitantes nonnulli, qui de salutis suae certitudine multum  
quidem gloriantur, interim de illa retinenda nunquam cogitant, & nec suae infirmitatis nec dia-  
boli insidiatoris astutissimi memores, se illi circumueniendos praebent. Quorum postrema ferè dete-  
riora sunt primis, sicuti alibi Christus admonet. Nos ergo mulierem hanc imitati, coram Domino  
humilitemur, & concreto spiritu cum indignitatem nostram, tum acceptum a Christo salutis benefi-  
cium publice confiteamur, & simul nostrae infirmitatis semper memores vigilemus, ne vel carnis cu-  
piditatibus adrepti tanto Dei beneficio abutamur, vel diaboli insidijs circumueniri a salutis via ex-

Gal. 1.  
Deut. 17.  
Matth. 24.  
2. Thess. 2.

Quere Christus  
stus, quis ipsum  
tetigerit.

ut Christus de  
re & salubri-  
ter tangatur.

Ezechiel. 33.  
Iste 1. 29.  
Ierem. 7.  
Psal. 50. etc.

Mulier timens  
& tremens rem  
omne narrat.

2. Corinth. 4.

2. Sam. 12.  
Psal. 51.  
Philip. 2.





orbitemus. Ita fiet, ut maiores fidei progressus faciamus quotidie, et ipsius Christi consilium in magis confirmemur.

Ut Christus mentem & trementem excederit. **Matth. 9.** **Luce 8.** **1. Consolatur. Matth. 9.** Et huc postrema huius loci pars referri debet, qua narratur, ut timentem & trementem mentem Christus sic allocutus. Primò illam, ut reliqui duo tradunt, presentis animi esse iubet, et sic vocat. Non enim se confundat & perdat, suos in medium protrahit Christus, sed se saluti facit & conscientijs suis exhilaratos publica salutis & gratie sue exempla proponat. Et hic contemptum honorificum est, quòd filii nomine eam dignatur, qua hactenus quasi neglecta à Deo nostra correptionis simul & miserie typum gesserat. Ita alibi paralyticum filium dicit, qui tamen in mortis peccatorum suorum penas exolvebat. Unde constat, nos propter ingentem corruptionem & mirram à Deo non reijci. Ut enim pater liberos morbis aut corporis vitio laborantes non ita liberos loco habere desinit, sed eos tenerius amat: Ita nos propter naturæ corruptionem & ex hac emanantem desectus non totos abijcit Deus, sed ardentiori affectu amoris complectitur, modò illam agnoscat, & salutem, quam ille nobis in Christo offert, amplectemur.

**2. Causam salutis indicat. Actuum 4.** Deinde causam salutis indicat, dicens: Fides tua te servavit. Atqui prius virtus à Christo prodijse dicebatur, qua illam curavisset? Vtrumque tamen verè & rectè dicitur. Propriè quidem salutem omnem ex Christo est, nec aliud nomen est sub celo hominibus datum, per quod salvari possint. Atque hic non alia ratione, quàm fide percipitur, fide nos salvari scriptura ait: non quatenus illa nostrum opus est, sed quatenus Christi apprehendit, & nos illius consortes reddit. Et rursum, quia Christus nobis non ob merita nostra, sed ex gratia Deus saluatorem dedit, et idem nobis fidem largitur (sicut Dei donum esse Apostoli tradunt) salutem omnem ex mera Dei gratia dependere constat, nequam hinc nostris viribus aut meritis tribui debere. Hinc ergo Apostolicum illud dogma dicitur, Ex sola gratia per fidem in Christum hominè iustificari & salvari posse. Quæ doctrina hodie magis offendit, quòd fidei vim ignorant, & illius loco nudam quandam & inanem opinionem animo capiunt. Quòd si verò idem intelligant, fidem certum & firmum conscientie & totius animi assensum esse, quo Christum amplectimur, qualis nobis in scriptura proponi solet: mox illam hunc etiam longe exuperare, & per hæc nos ita Deo subijci sentiri, ut fide & illius effectus nihil præclarior cogitari queat. Non temerè ergo fidei tribuitur, quod nullis hominum viribus sine merito fieri potest. Nec interim illorum exemplo nos offendi decet, qui sub fidei prætextu peccandi libertatem habent: quin ipsi potius in hoc simus, ut fidem quam profitemur, totius vitæ consuetudinis & officij exprimamus.

**3. Salutis certam reddit. Rom. 5.** **Philip. 4.** **Ioan. 5.** Tertio omnem timorem adimit, & salutis certam reddit, dicens: Vade in pace, & esto sanus à iugello tuo. Semper enim inter spem & meum dubij fluctuamus, donec peculiari gratia Dei provisione confirmamur, qua per Evangelium offertur: cuius prædicationem idè pii scilicet audientes facilius quotidianis conscientie tentationibus resistant. Paucis verò Christus salutis in ipso verbo exprimit. Primò enim pacem animorum confert, iuxta illud Pauli: Iustificati ex fide pacem habemus erga Deum, per Dominum nostrum Iesum Christum, per quem & aditum nostri sanam vitam gratiam hanc, in qua stamus, &c. Quam pacem alibi omnem mundi intellectus superare ait, et quæ inter medias tribulationes durat, & tunc mirificè iuvat, quando humana omnia fallunt. Deinde, quæ nam esse aut manere iubet. Nam ut salutis certos reddit, ita etiam officij admonet: ut sciamus non modo credamus saluatos esse, sed salutè retinere studeamus. Nobis enim omnibus dicitur, quòd paralytico Christus dixit: Ecce sanus factus es, ne posthac peccet, ne quid deterris tibi contempseris. Frustræ enim salute in Christo gloriantur, in quibus ea tantummodo opera elacent, quæ demonstrantur & interitù merentur, aut qui ex ijs erepti, devoto animo ad ea relabuntur. Horum itaq; meminit, salutem in Christo constanti fide amplectamur, & vicè vivamus illius professione dignam: illi debetur benedictio, honor gloria & potestas in æternum. Amen.

H O M I L I A XLIII

Adhuc eo loquente, veniunt quidam à principe Synagoga, dicentes: Filia tua mortua est: quid amplius vexas magistrum? Iesus autem ita timuit aut



ut audivit hunc sermonem qui dicebatur, dicit principi Synagogæ: Ne metuas, solummodo crede. Neque permittit ut quisquam se consequeretur, nisi Petrus, & Iacobus, & Ioannes frater Iacobi. Tunc uenit in domum principis Synagogæ, & spectat tumultu, flentes & eulantes multum. Et ingressus, dicit eis: Quid tumultuamini & fletis? puella non est mortua, sed dormit.

Miracula Domini nostri Iesu Christi ita ab Euangelistis describuntur, ut partim doceat, quid nobis in illo datum sit: partim rationem ostendant, qua nos cum ipsius Christi cum saluis in seipso conforces reddamur. Verum, hoc in presenti etiam habetur, quo Iairi filiam à mortuis suscitavit. Se enim nobis vita & immortalitatis autorem esse docet, & simul Iairi exemplo admonet, ut hanc apud ipsum querere debeamus. Et si enim in fide infirmior fuerit, ad Christum tamen conuenit, coram illo prociat & orat. Que omnia Christo ita probantur, ut illius infirmitati sese amice accommodet, & fidem ipsius nouo atque insigni miraculo confirmet. Et hoc cum primis faciunt quæ modo recitauimus. Describitur enim grauissima tentatio, qua Iairi fides denuò oppugnari cepit, quam tamen Christus saluati consolatione fulciuit, & tandem domum ipsius ingressus, ea agere cepit, quæ ad puellæ resurrectionem perlinebant.

Nam loquente adhuc Christo cum muliere, adsunt qui filiam iam exinctam esse denunciant, si magis addunt: Quid amplius vexas magistrum? Fuit ista haud dubie grauis tentatio. Antea enim infirmior adhuc Iairus Christum non aliter illi mederi posse putauit, quam si coram præsens manus imponeret; nec dubium est, quin valde sollicitus fuerit, ne mora aliquid maioris periculi afferret. Et cum ex præcedenti miraculo vix dum melius sperare cœperit, en adsunt, qui fidem nondum plane confirmatam nouo ariete concutiunt, & denuò labefaciunt. At ea est piorum conditio, ut quotatationibus exercantur. Nisi iam ad in huius vite palestra agunt, astiduis & nouis subinde tentationibus exercantur. Nisi iam eam cessat communis noster hostis satan, quem scriptura idem tentatorem vocat, quod instar rugientis leonis obambulat, querens quem deuoret. Nec illi desunt ministri inter homines, quorum vel mirabilibus dictis, vel blanditijs, vel sophismatibus fidei nostræ fundamenta conuellat. Quin ipse Deus suorum fidem nouis indies casibus atque periculis exercet, ut & gloria sua per hanc illustretur, & eadem suo exemplo multorum institutioni seruiat. Sic Abraham, ubi Dei vocationem secutus natalis solum reliquit, mox fame excipitur, quæ illum in Ægyptum descendere cogit. Illic Saram uxorem adducit Pharaeo. In terram verò à Domino monstratam reuersus, domesticis famulorum disidijs tentatur, belli periculis obicitur, & infinita alia huius generis sustinet, quæ singula ad fidem illius uertendam sufficere poterant, nisi illum Dominus singulari gratia sustentauisset. Eadem quoque Dauidis fors fuit, qui post acceptam à Deo regni promissionem Saulis tyrannide à regno & patria eiecitur, restitutus verò domesticos suos hostes sentit, & à filio tandem rursus excurbatur. Experiuntur similia ipsi etiam quoidie, dum Dei vocationem secuti, modo morbis exercemur diuicurnis, modo egestate premimur, modo exulare cogimur, modo fame periculum subimus, modo bellorum motum sustinemus, adeoq; indies noua tentationum agmina aduersum nos surgere videmus. Accedunt hinc carnis cogitationes, Deum mortalium res non curare, vana esse quæ de futuri seculi conditione dicuntur, nec vilius esse apud Deum discrimen inter piũ & impiũ, quare imprudenter nimis eos facere, qui religionis causa cum quoquam dissideant. Quæ omnia ut occultè nobis suggerit satan, ita etiam quos homines submitit, qui gliscens impietatis scintillas suis sermonibus cen follibus & flabelis magis incendunt. Omitto nunc conscientia tentationes, quæ ut grauissima sunt, ita frequenter reuertuntur, ut vix vnquam securis & quietis esse liceat. At in omnibus hisce Iairi & alia veterum exempla animis nostris obseruari debent, nec absque Dei providentia nos ita exerceri putemus, qui (ut Apostolus ait) suos nouit ex tentatione eripere, & cum tentatione simul euentum facit, quòd hanc sufferre & omnibus periculis superiores euadere possimus. 1. Cor. 10.

Fuit hic Christi responsio, qui omnis importunis hisce & infelicibus nuncijs, mox ad Iairum conuersus, illum consolatur, & ait: Ne metuas, solummodo crede, & salua eris. Et hoc ingens bonitatis & animi plus quam paterni argumentum. Videt enim tentationes nostras Dominus, & simul

Argumentum  
us præs  
sentis loci.

Iairo nunciatus  
filiam mortuam  
esse.

Psi astiduis ten  
tationibus exer  
centur.

Matth. 4.  
1. Pet. 5.

Gen. 12. 13.  
14. & c.

Psal. 73.  
Malach. 3.

2. Pet. 2.

Christus Iairum  
consolatur.  
Luc. 8.







Quum signum luctus cornu graue mugit aduoco

Tibi, cui teneros suorum producere manes

Legit Phrygum moesta, &c.

Et nostro seculo aliquas huius superstitionis reliquias apud Graecos superesse ferunt. Nec aliunde manauit, quod hodie qui fide in Christum gloriantur, funera

Contra gentilitios funera ritus.

Ioan. 5.

Ge. 33. 49. etc. Act. 8. 1. Thess. 4. 1. Cor. 6.

Deo Christum audiamus, qui lugentes compefcit, quod vel ficto vel superstitioso luctu puella huius mortem prosequerentur. Rationem vero subiicit, quod illa non mortua sit, sed dormiat. Quo verbo nec illos luctu, nec inani spe luctu sed de morte recte & pie indicare docet. Hanc enim scriptura pas-

Christus lugentes cum tibi- tibus eijcit.

Mors somnus dicitur.

Ioan. 5.

Rom. 8. et 14.

Et deridebant eum. Ipse uero eiecit omnibus assumit patrem & matrem puellae, & eos qui secum erant, & ingreditur eam, ubi puella erat iacens: prehensaque manu puella dicit ei: Thalitha cumi, quod est si interpreteris: Puella (tibi dico) surge. Et statim surrexit puella, & ambulabat (erat enim annorum duodecim) & percussis sunt perculsione magna. Et imperauit eis multum, ne ullus id cognosceret: dixitque ut daretur illi quo uesceretur.

Quoniam propter peccatum omnibus nobis moriendi necessitas incumbit, uile simul & necessarium est, ut quae nam sit mortis conditio probe intelligamus, & de illa recte iudicemus. Quoniam hic errant, qui aut illius metu superati ea faciunt, quae cum salutis aeternae periculo coniuncta sunt: aut dum post hanc nihil superesse sibi persuaserunt, estreni peccandi licentia in omne scelus effunduntur. Proderit ergo in praesentis historiae consideratione diligenter uersari: in qua Christus

Argumentum & usus praesentis loci.



Iesus non modo se mortis victorem esse ostendit, verum etiam que nam sit illius conditio, & quomodo in illa facere conveniat, pulchre docet. Puellam enim, que e vivis excefferat, dormire dicit, & postea eam mori secutus, que passim mortem somno confert, & eos obdormivisse ait, qui vulgo mortuorum euntur. Et enim corpora post diurnos labores ad somnum componuntur, ut huius beneficio recreentur, denud surgant, & ad opus intermissum redeant. Ita ubi vite presentis curriculum emerit, summa, que mortem corpora nostra obdormiunt, in novissimo die resurrectura absq; omni corruptione, ut ad omni celorum possessionem idonea sint. Et sicut corpore dormiente, anima nec dormi nec cessat, usque operatur (sicuti in somnijs est videre) sic etiam corpus in morte obdormiat, anima tamen mori non expers, ad suum locum colligitur, tandem in iudicij die ad corpus reversura, ut cum illo vel eterna vite gaudijs fruatur, vel eterna scelerum penas sustineat. Sed accedamus ad presentem lacerationem, qui multa habet, que ad plenitorem huius rei illustrationem faciunt.

Et primo quidem ut Christi dictum acceperint narratur, qui puella mortem gentium merita debebant. Deridebant eum, inquit Marcus. Quo exemplo docemur, vitam in Christo & resurrectionis mysterium mundo ludibrium & risum esse. Cum enim carnis ratione omnia metiamur, fatemur, ut ea capiat que sunt spiritus Dei, nec etiam Dei verbo credere potest, si illud carnis ratione aduersetur. Hinc est, quod resurrectionis doctrina omnibus seculis irrisores habuit, qui quatuordecim in hac carni absurdum videntur, mirifica & ingeniosa scurrilitate exagitare consueverunt. Tunc inter Iudeos Sadducei fuerunt, ut ex illorum questione colligere licet, quam Christo impudentius proposuerunt. De gentibus vero quid dicere attinet, quando Paulum irrisum fuisse legimus, qui Athenis, in celeberrima philosophia schola, de mortuorum resurrectione verba faceret. Nunc seculo desunt, qui & hanc & extremum Christi aduentum mundi, consummationem mundi, liter negant, & ea omnino loquuntur, que Apostolus Petrus de illusoribus scribit, quos seculo venturos ratiocinatur. Est autem hac admiranda mundi stupiditas, qua impossibile esse surdum putat esse id, cuius tot undique in rerum natura exempla et viva imagine habentur. Quis enim non videat arbores & plantas quotannis hyberno frigore intermori, & easdem veterem reuiuiscere? Et nonne semina postquam in sulcis emortua fuerint, magno cum fructu procreantur? Aut cur impossibile videtur, hominem mortuum resurgere, cum Deus olim ex luto hominem, qualem hunc ante fuerat, creavit?

Christi doctrina mundo ridicula. Ceterum non in hoc tantum articulo Christi doctrina ridetur, verum etiam in multis alijs. Non si sola fide in Christum homines iustitiam & salutem consequi dicas, aut electionem Dei eternam petaris, & eiusdem gratiam commendas, mox erunt, qui doctrinam istam non modo rideant, sed etiam suis dissimam & bonis operibus inimicam explodant. Idem fit, si quis scelera arguat, & vice obedientiam veram constanter urgeat, in hoc incumbens, ut abnegatis carnis affectibus & humanis consilijs totos nos Dei verbo subijciamus, & fidei constantia crucem superemus. Sancti hanc ridicula plane, imo intolerabilia, si quis illam fortius urgeat, nec exempla desunt eorum, qui in ista samando & videndo nihil proficiunt, tandem ad vim quocumque & tyranidem conuertuntur.

Christus irrisores eijcit. Sed non est quod eiusmodi homines multum moremur, aut quicquam illorum iudicij irrisuimus. Eijcit enim illos Christus, & indignos indicat, qui vite & salutis mysteria intelligant. Et modo prebe cauendum est, ne irrisoribus istis coniungamur, quorum colloquia bonos mores corrumpunt, & dei fundamenta labefactare solent. Simul vero discamus a funeribus procul arceere ignavos, qui vel ad luctum conuertendum conducuntur, vel superstitiones cum fide & vera salutis ratione perantur exercent. Que enim stulticia est, lucus ministros & auctores conducere, quando consolatorem & beate immortalitatis spe animos erigi oportebat? Aut in quem finem obsecro mortui conuertur, campana sonant, & cerea tadeq; ardentes preferuntur, qui tam sensu omni destituti sunt, quam animae vel eterna luce cum Christo fruuntur, vel inferorum panis excruciantur? Nihil horum olim in primitiua ecclesia factitatum esse legimus: ceperunt autem ista, quando auarissimum avaritiae, supersticiosa vulgi simplicitate ad questum potius abuti, quam errantes erudire voluit.

Parentes resurrectionis filie sue adhibentur. Transeamus nunc ad ipsam puella resuscitatae historiam, cui Christus vna cum discipulis presentis res quoque illius spectatores adhibet. Ut enim ad illos potissimum tota hac actio pertinet, ita etiam sua adhibentur fide hoc spectaculo plenius confirmari oportuit, et simul officij sui admoneri, ut huius rei per petuam

A Act. 23.  
Matth. 22.  
A Act. 17.  
2. Pet. 3.

Christus irrisores eijcit.  
Psal. 1.  
1. Cor. 15.  
1. Thess. 4.

Parentes resurrectionis filie sue adhibentur

mores,  
mirros  
primis  
viam  
idem  
Pot  
nam ill  
tus qui  
dare, r  
ab omni  
potente  
conform  
na vite  
illius r  
efficit.  
voc in  
sonum  
facti, q  
ritus v  
ad Cre  
terrore  
mendat  
moris  
easdem  
H  
per pe  
quod a  
Saluat  
per inc  
excitac  
pla iph  
latifer  
dulem  
nem na  
passim  
esse pat  
Deo ne  
pro  
Re  
culos  
nener  
precep  
animo.  
Nobis  
tiam in  
gibus  
cipuar  
dempe  
num.



